

i Ibid. ver. 14.

Vit; quare à munere Prophetæ alienus, nec patrem habuit Prophetam, nec Magistrum (i). Sed cum maxime operi suo intentus vacaret, nihil tale cogitans, repente ad munus Prophetæ cælitus evocatus est. Nec statim ad loquendum facilis; non nisi Deo jubente atque Spiritu intimè impellente compulsus, tandem assensum suum præbuit (k). Oracula fudit sub Jeroboamo II. Rege Israel, & Ozia Rege Juda, biennio ante quam validâ terræ succussione (l) ingenti horrore Jerusalem consterneretur (m); quod Josephus (n), assentientibus veterum atque recentiorum Interpretum plerisque, in tempus attentati à Rege Ozia muneris Sacerdotalis, oblatione thuris coram Domino, (o) confert. Ufferius ad an. 3221. temerarium Ozia factum rejicit post obitum Jeroboami II. cuius tamen argumenta nobis non persuadent. Si factum illud Ozia, & tremotum, de quo Amos, ad annum 23. ejusdem Regis conferamus, initum ab eodem Propheta munus statuendum ad A. M. 3225. sexennio circiter ante obitum Jeroboami II. Sed hanc epocham incertiore esse ultro fate- mur (p).

p Vide nostr. Comment. in 4. Reg. 15. 5. q Amos 7. 1. 2.

r Ibid. ver. 8. 9.

s Ibid. ver. 10.

Prima Amos vaticinia in cap. 7. leguntur. Objecta per visum Prophetæ species locustarum arva depopulantium (q); ignis etiam longè lateque super regionem ardentis, ipsas abyssi aquas exsiccantis. Tandem Deus ex alto mœnium fastigio stantem se, atque trullam cæmentariam tenentem Prophetæ exhibuit (r), eversurum se loca à superstitionis Israelitis consecrata, domumque Jeroboam gladio exterminaturum minitatus. Visiones suas altè in Bethel edicentem Amasias Sacerdos Fani ejusdem Urbis ad Regem tanquam perduellionis reum detulit (s). Namque, ait, seditiosus sermonibus nec ultra ferendis omnibus turbat, undique dicitans: Jeroboam gladio peribit, & Israel captivus extra regionem suam adducetur. Impudentissimè ille quidem; nunquam enim Amos gladio eucandam Jeroboamum edixerat; eam enim ultionem Domini Jeroboami non ipsam Jeroboamum manere vaticinatus erat. Quid Rex decreverit, ignotum; sed Amasias visionarium hominem solum vertere, atque in regionem Juda concedere jussit, monitum ne ultra committeret, ut vaticinari in Bethel auderet, sedem religionis & Regni. Cui Amos protestatus, se neque Prophetam agere professione, neque genere, sed pastorem esse, agrestisque fucus compungentem, qui inopinato Domini afflatu è pastore in Prophetam transisset: dein ad Amasiam versus denunciavit futurum, ut ejus uxor in Urbe profutureretur, ejus filii & filia gladio perirent, possessiones funiculo in alios distraherentur, ipse tandem in terra impura obiret; ac tandem Israel captivitate extra regionem suam premeretur.

t Cyrill. in Prefat. Exposit. in Amos.

Hæc Prophetæ verba acerbè aded excepisse Amasiam nonnulli ex Veteribus (t) tradunt, ut exturbari loquenti dentes, quod ad silentium adigeretur, præceperit. Plura illata viro supplicia alii testantur

(u); addentes, Oziam filium Amasie palo in tempora Prophetæ inclementer adacto, virum penè exanimem stravisse, ductumque in Thecæ brevi penitus interisse, ibique avito sepulchro illatum. Verùm silentibus S. Scripturis, harum traditionum fidem suspensam habemus. Opinamur quin etiam, Prophetam relicta Bethel Thecuam se recepisse, ubi relata sex prioribus Operis capitibus vaticinia fuderit. Octavum & nonum caput ad idem facile tempus pertinent. Emortualis, natalitia, & sancti muneris periodus æquè latent. Sunt qui duobus tantum annis Prophetam egisse putent, toto nempè biennio, tremotum in ipso Scripti exordio expressum præcessit (x). Alii intra annum ejus vaticinia omnia definiunt. Conjecturæ omnes, nihil certi.

Duo priora Scripti capita in Damasce- nos, Philisthæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, populos Juda, & Israelitas decem Tribuum impenduntur. Illis verò omnibus mala minitatur, quæ inde per Reges Assyriæ, Chaldæos tantâ ferè omnium illarum Provinciarum clade illata sunt. Dein tota sermonis vis in Israelæm coacta, quod maxime Prophetæ mens universa collimat; non postremam tantum illorum captivitatem [y], sed prænantia etiam huius calamitatis mala, post Regnum Jeroboami II. inferenda, vaticinatur (z). Addit Oracula de obitu Zachariæ (*), adventu Phul & Theglathphalassaris in ditionem Israel. Tandem ad lætiora conversus, solvendam captivitatem decem Tribuum enunciat (a). Acrius in locupletes & avaros Israelitas invehitur, quibus adium superbiæ, convivorum apparatus, & in utensilibus domorum nimium luxum (b), tum & vanitatem exprobat. Judices viros infantes opprimentes, pauperes in servitutem vendentes castigat (c). Populum reum agit incestuum, & in Prophetas pervicaciæ [d]. Uno verbo ex ejus Prophetæ lectione intelligimus, florentissimum alioqui per eam ætatem Regnum Israelis immani criminum contagione elanguisse, longamque prosperitatem augendis sceleribus, criminibusque, ut ferè fit cum timor Domini & iustitia è corde hominum facesserit, valuisse.

Idololatricæ malum ejus Viri ætate non admodum in Israele invaluerat. Post Regnum Jehu (e), qui dejecto Templo Baalis, illius Sacerdotes exterminaverat, publicus superstitionum cultus ab eo tempore exulavit. Jeroboamus II. non alio nomine in Scriptura accusatur (f), quam quod in errore Jeroboami I. nempè in cultu vitulorum aureorum, quem Amos pariter exprobrat Israelitis, perseveravit. Frequentabantur Urbes Dan, Bethel, Galgala, & Bersabee; ibique in illorum Deorum nomina jurabatur. Bersabee locus erat religiosus peregrinantibus, recens, nec ante Regnum Jeroboami II. quamvis eo tempore celebris, frequentatus (g). Veteris religionis vestigia plurima in Israele adhuc manebant, quibus

u Vide Pseudo-Epiphan. de vit. Prophet. c. 12. Isidor. de vit. & mor. SS. c. 43. Doroth. Synops. c. 2. Martyrolog. Rom. Præd. Kal. April. Chron. Pasch. p. 147.

x Vide Arianam Mon. Sanct. Prolegomen. 4.

y Amos 4. 3. & 5. 1. 2. & seq. z Amos 2. 13. 14. & c. & 3. 11. & c. * Amos 7. 9. a Amos 9. 14.

b Amos 3. 15. & 4. 1. 2.

c Amos 2. 5.

d Ibid. ver. 7.

e 4. Reg. 10. 18. seq.

f Ibid. 14. 24.

g Amos 5. 5.

h Amos 2. 11. 12. & 4. 4. 5. & 5. 11. 22. 23. & 8. 3. 5. 10.

i Amos 9. 11. 12.

k 2. Cor. 11.

cultum se Domino impendere persuasi, vanitatis à Propheta arguuntur; demonstrat enim frustra esse religionem, quam iustitia & charitas non commendat (h). Quamquam id potissimum spectabat Amos, ut vaticiniis suis Israelitas juvaret, aliquandò tamen in Juda & finitimis Palestina Regnis versatur. Primam domui Davidicæ gloriam, ejusque super Idumæam cæteraque olim subiectas gentes Imperium restituum prædicit (i). Phrasibus tamen aded magnificis utitur, ut Messiam pariter & ejus Ecclesiæ constitutionem præ oculis habuisse videatur. Imperitiori utum sermone S. Hieronymus Prolog. Exposit. fatetur illud Apostoli 2. Cor. 11. de ipso usurpans: Imperitius sermone, sed non scientiâ (k). In Comm. in Amos 1. 2. observat, apto professioni suæ eloquio uti universos; ita Amos comparationes ex agro, cui maxime assueverat, ducere affectat. Et quidem totum ejus opus perpetuâ allegoriæ serie ad campestris utensilia, tum & pastoriam, agrestemque vitam alludit. Optimè quidem vir sanctus, cum de stylo agit; eandemque quam ille observavit pe-

destris eloqui ruscitatem, in eodem Propheta vidisse sibi plures ex Interpretibus visi sunt. Verùm S. Augustinus, qui eloquentiæ Hieronymianæ nihil concedebat, gnarus profectò quid de stylo Amos sentiretur, ejus exemplum præ cæteris selegit, ut ad sensum demonstraret, eloquentiâ quâdam naturali cum insitâ quâdam prudentiâ deductos Prophetas, ut verba rebus aptarent in tantum, ut: *Isti qui Prophetas nostros, ait, tanquam inervatos & elocutionis ignaros veluti docti disertique contemnunt, si aliquid eis tale vel in tales dicendum fuisset, aliter se voluissent dicere? Quid enim est quod isto eloquio aures sobria plus desiderant? Nobilis hujus eloquentiæ exempla prosequitur ex cap. 6. ejusdem Prophetæ. Qua in re tamen non ita constituendum est, quasi sapientia divina eloquentiæ servire credenda sit: Non intentâ in eloquentiam sapientiâ, sed sapientia non recedente eloquentiâ. Tandem ita concludit: Quapropter eloquentes quidem non tantum sapientes fateamur (Sacerdos Scriptores) tali eloquentiâ, qualis personis ejusmodi congruebat.*

IN ABDIAM PROLEGOMENON.

DE gestis, obitu, ætate, Patriâ & missione hujus Prophetæ, silente prorsus Sacra Scripturâ, nihil habemus, quàm quod Autorum Judæorum & incertarum traditionum fide parum quidem asserit memoriam proditum est. Originem retulisse creditur è Bethacamar, sive Bethacaron, juxta Sichem in Tribu Ephraim. (a): quod etiam patrio sepulchro illatum ferunt. S. Hieronymus (b), post veteres Judæos in eam sententiam inclinasse videtur, quæ Prophetam cum viro cognomine Oeconomo domus Achab, absconsis in speluncis 100. Propetis à Jezabele ad eadem destinatis illustri (c), confundit. Profelytus etiam extitisse fertur, & unus idemque cum Centurione tertio loco misso ad evocandum Eliam è monte, quem virum Prophetam ab igne, quo duo priores Centuriones interierant, immunem voluit (d). Malunt alii virum dare viduæ Sareptanæ (e), cujus filium Eliseus è mortuis revocavit [f]. Qua posteriori sententiâ semel constitutâ, statuimus etiam Abdiam filium habuisse Jonam Prophetam, cum Judæis authoribus Jonas è vidua Sareptanæ mare prodierit. Salomon docet, Abdiam Profelytum fuisse, Idumæum, favore Principis in aula Achab & Jezabelis potentem, quod

ille tanquam communi suffragio apud fratres suos receptum tradit. Hanc sententiam sulcit Codurcus Præfatione sua in Job: sed ab aliis Rabbis vulgò rejicitur. Sunt qui virum agnoscent (g) in Abdiam illo, qui 2. Par. 17. 7. missus dicitur à Josaphat per Urbes Juda, ut populos edoceret. Abdiam alterum suggestit Livellus sub Josia Rege Juda, Levitam, è familia Merari (*). Nos autem, ne conjecturas coniecturis cumulemus, ignorantiam ea de re facti, nullis additi partibus, in re incerta judicium suspendimus; hujus enim ambiguitatis nullum est argumentum certius, quàm opinionum varietas. De tumulo Abdiam Sebaste, alio nomine, Samariæ, Palestina:posito, sermo est apud S. Hieronymum [g], narrantem, à S. Paula unâ cum sepulchro Elisei, & S. Joannis Baptistæ cultum, ubi testem, etiam oculatam prodigiorum sibi gloriam spectasse idem Sanctus affirmat. Sed hunc Abdiam tumulum à S. Paula visum, loculum fuisse tantum, ubi ejus olim cineres jacebant, agnoscamus oportet; rerum enim potentem Juliano Imperatore, omnia Prophetarum sepulchra, incensis sacris ossibus, & cineribus unâ cum prophanis animalium cineribus admixtis in ventum sparsis, exspoliasse circa annum 362. constat [h]. Qua tenemur incertitudine de obitu rebusque gestis ab Abdiam, cur certum ejus

† Vide Sanct. Proleg. 2. num. 5.

* 2. Par. 34. 12.

g S. Hieronymus princip. Comment. in Abdiam, & in Epitaph. Paulæ.

h Vide Julian. Misopogon. & Baillet vit. SS. V. Testam. 14. Junii, & 19. Novemb. Gallicæ.

o o o o o

missionis tempus ignoremus, in causa est. Si Oeconomus domus Achabi gessit, senior 100, annis quam ceteros Prophetas, quorum scripta supersunt, constitueretur oportet. Quicumque vero praedicta ab illo mala, ab Idumaeis inferente Sennacheribo perlata, contendunt, illi Achaz & Ezechia Regibus Juda coevum faciunt. Nos ex ejus scriptis deduxisse confidimus, post everfam Jerusalem eadem, qua Jeremias, aetate vixisse. His autem persuademur.

i Abdias ver. 3. 6. 7. 8. 9.

k Ver. 7.

l Ver. 10. 11.

m Abdias ver. 15.

n Ver. 12. 13. 14.

Post praenunciata deinde Idumaeis mala à Chaldaeis inferenda, alia deinde à Judaeis imminencia persequitur; praedicit enim futurum tandem, ut Jerusalem restituatur, vetus sanctitas & religio montis Sion redeat, totaque late ditto olim à Jacob possessa veteres Dominos agnoscat; atque ita restituti Israelitae, veluti advecto in Idumaeam igne, eorum regionem in paleam modum accendant, jugumque Idumaeis injiciant (o). Tandem non obscure praedicit futuram Judaeorum & Israelitarum liberam in Patriam restitutionem. Ex his omnibus aperto satis argumento demonstratur, Abdiam Prophetam egisse in Tribu Juda post captam Jerusalem, eo temporis intervallo, quod inter captam Urbem usque ad desolatam Idumaeam armis Nabuchodonosoris, anno 23. ejusdem Principis & 5. post everfam Jerusalem & Templum (p), intercessit. Nec est quod miremur, si Propheta post everfam Jerusalem in Juda oracula fundebat. Jeremias à captivitate immunis fuit. Propheta Habacuc, de quo Dan. 14. 32. &c. in eadem regione vivebat, cum populus in captivitate detineretur.

o Ver. 17. 18. 21.

p Joseph. Ant. 11. 10. c. 11.

q Num. 24. 21.

r Vide not. Comment. in Jerem. 49. 1. Confer Mic. 4. 1. & Isai 2. 2.

Verficulus quartus Abdiae, ex Oraculo Balaam de Cinæis (q) descriptus videtur. Verficulus 8. & septimus cap. 49. Jeremiae totidem ferè literis consonat, quemadmodum & verficuli 9. & 10. ejusdem Prophetae cum 5. & 6. Abdiae; pariterque verficulus 12. Jeremiae cum 16. Abdiae. Tandem verficuli 1. 2. 3. 4. Abdiae respondent verficulis 14. 15. 16. Jeremiae. Uter eorum ex altero transcripserit, facile definitur, cum Jeremias Oracula in Idumaeam funderet rerum potente Joachim, vel ut scribit, Sedecia [r]. Solemne est autem Prophetis, alterum alterius verba de eodem argumento usurpare (s).

I N J O N A M PROLEGOMENON.

a August. lib. 18. de Civit. c. 30. Jonas Propheta non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit & professus apertius, quam si ejus mortem & resurrectionem, voce clamaret.

IN universa duodecim Prophetarum historia nihil Leviorum admirationem occupat magis, quam de rebus à Jona gestis narratio. Eo consilio à Deo vir excitatus videtur, ut luculentum de maximo & abstrusissimo nostrae religionis dogmate, nempe Resurrectione Jesu Christi, luculentum, inquam, in se praebere documentum. Voluit Deus in eo viro non simpliciter tantum sermone comprehensam figuram exhibere, sed spirantem quandam imaginem rerum futurarum exprimere; cum scilicet post tridui moram à ventre ceti incolumem illa sumque eduxit (a), Quod verò ejus memoriam inter Propheta-

tas veteris Testamenti egregie commendat, illud est, nimirum unicum fuisse ad gentes missum Prophetam. Ninivitarum conversio veluti pignus habenda erat certum assertumque futurae Infidelium ad fidem translationis, atque Ecclesiae Jesu Christi super everfae Synagogae ruinas erectionis.

b 4. Reg. 14. 25.

c Joseph. 1. 3. c. 11. 12. d Josue 19. 13.

Galilaeus erat genere, oriundus à Get. Opher (b), quam Urbem cum Jotapata, in bello deinde Judaeorum cum Romanis, obsidione à Josepho tantae rei militaris peritiam simul & virtute toleratam, celebri (c), confundunt. Sita erat in Tribu Zabulon (d), ubi parvula regio Epher vel Opher, in qua Get, urbs Prophetae patriae.

ria. Hanc S. Hieronymus Praefat. in Jonagemino à Sephori lapide Tiberiadem versus constituit. Quae omnia apertissime erroris convincunt opinionem Judaeorum, Jesu Christi aetate autumantium, neminem Prophetarum à Galilaea proditurum (e). Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilaea Propheta non surgit. In Galilaea pariter Nahum ortus est, quamquam à Tribu Simeon originem referret. Sunt tandem, qui Malachiam à Tribu Zabulon, & urbe Supha acceperunt (f). Variant Rabbinus de Prophetae Jonae origine; alii enim Viduae Sareptanae filium, quem Elias suscitavit, constituunt (g). Ducuntur autem in eam opinionem à verbis ejusdem Viduae ad Prophetam post filium vitae restitutum: Nunc in isto cognovi, quoniam verbum Domini in ore tuo verum est; ex quo inditum eidem puero nomen filii Amalbi, quod in Hebraeo sonat veritas. Bella conjectura! quae sola evertendae Judaeorum opinioni potius quam confirmandae sufficeret, nisi à Scriptura duplici apertissimo argumento falsitatis argueretur. Primum enim Jonas oriundus à Get. Opher, loco planè à Sarepta remoto, dicitur. 2. Sub Joas & Jeroboamo Regibus Israel agebat, quorum postremus Regnum inivit post 60. annos à sublato in Galum Elia. Autamarunt alii; Jonam parentem habuisse mulierem Sunamitidem (h), cuius filium Propheta Elifeus & nasci & triduo post extincto vitam precario à Domino impetravit (i). Verum altera planè erat Sanam à Get. Opher, ejusdem viri patria (k); illa est enim Urbs Tribus Issachar; hanc Tribus Zabulonis. Non defuerunt, qui audivisse credant Prophetam illum ad Ramoth Galaad missum, ut Jehu in Regem Israel consecraret [l]. Haec omnia eadem fide traduntur, ac fabella de ortu ipsius in Cariatham ad Afod ad Mediterraneum (m), atque oraculum eidem viro imputatum in hanc sententiam: Cum gentes plurimas Jerosolymis conspexeritis, ab occiduis nationibus funditus urbem delendam noveritis. Sicut & alterum de evertenda Urbe Jerusalem: Cum lapis miserè plorare conspicietur; quibus verbis Jesus Christus lapis angularis designatur, super praevisa mala urbis Jerusalem lacrymas fundens, Luc. 19. 42. Sed apage apocrypha.

e Jo. 7. 52.

f Pseudo-Epiph. & Pseudo-Dorotheus. c. 6. g. 3. Reg. 17. 17. & seq. Vide Hieron. Praefat. in Jon. Pseudo-Epiph. Pseudo-Dorotheus. Question. ad Antioch. in append. oper. S. Athanas. quae. 65.

h Ita ex Patribus nonnulli.

i 4. Reg. 16. 17. 36. 37. k 4. Reg. 16. 17. 36. 37.

l 4. Reg. 9. 1. 2. & seq.

m Pseudo-Epiph. Pseudo-Dorotheus. & Chron. Nic. Pass.

n Pseudo-Epiph. c. 6.

o 4. Reg. 14. 25.

p 4. Reg. 14. 25.

Certus annus missionis Jonae in urbem Ninive ignoratur. Alii munus suscepisse aetate adhuc immaturam tradunt (n), alii primum ejus vaticinium illud statuunt, quo praedicit Jeroboamum filium Joas Regis Israel veteres Regni fines ab introitu Emath adusque Mare mortuum (o), restitutum. An verò oraculum illud ipsi Jeroboamo sive Joas patri ejusdem Regis, prostratis Regni Israel rebus (p) commiserit, incertum. Quidquid sit, illud est in comperto, vixisse sub Joas & Jeroboamo II. Regibus Israel, coaevoque proinde habuisse Oseam pariter & Amos. Deus illum mandatis oneraverat, iret Ninivem, palamque ediceret, urbem post 40. dies subvertendam. Tergiversari ille ad hanc, & tamquam Sancti Spiritus impellentis Dissert. Calmet. Tom. I.

vim declinaturus, è regione sua dilabi, conscensaque in Joppe navi Tharsum Cilicie solvit. Vix iter iniverat, cum subita, quadam tempestas oborta, navigium corripens, nautis suspicionem induxit, extraordinario aliquo casu hanc sibi calamitatem accidisse. Jactis igitur fortibus, eo indicio Jonas deprehensus est, qui fugae suae causa exposita fuisset, ut se in mari desecto & mari & nautis quietem procurarent. Vix undas ruens attingeret, cum marinum quoddam monstrum subito accurrens, virum deglutit, abditusque in immanis ventris claustro, tribus diebus & tribus noctibus illaesus servatus est. Post tridui carcerem, in litore expositus, salvis incolumisque ire iterum Ninive à Deo iussus, paruit. Urbem igitur ingressus, altè edixit futurum, intra quadraginta dies Urbem subvertendam. Ejus verbis terribi Cives omnes, ne Rege quidem excepto, ad poenitentiae studium conversi, Deum pacare, simulque imminens jam flagellum evitare nec frustra conati sunt. Jonas minime impletam Oraculi sui fidem intelligens, alto dolore fauciatus, querelas ea de re suas ad Dominum tulit, versabatur autem in parva casa extra Urbem, quam virens quadam planta in Hebraeo Kikajon, in latino Palma Christi, tegebat. Accidit ut vermis quidam radicibus ejus planta vitiat, & demitti primum, passisque foliis lassescere, ac demum arefcere coegerit. Ea doloris accessione altius ejulans Propheta, quippe quem intolerabiles solis ardores urebant, cum Deo questus est, rogavitque, ut se tandem è vivis subduceret. Cui Deus: Tu ergo tanto doloris sensu tangeris, cum amica tibi umbra sua planta exaruerit, planta, inquam, quam nec coluisti, sed spontè unica noctis officio terra emisit; & quereris me tot populorum Ninive agentium miseratione tangi, quorum tanta pars sive nullo impio gestu me provocavit, sive ratiocinandi facultate caret; ubi tot bruta, officium meum, genus animalium errandi incapax, in eadem cum ceteris vita, non scelèris communiōne versantur?

Quid inde post fundum Ninive munus suum Jonae acciderit, incertum. Ejus sepulchrum Mosul, quam veterem Ninivem credunt, Orientales ostendunt, vitam egisse, ac tandem fato ibi fundum persuasit. Locus est magnificè erecta Moschaeà etiam Turcis religiosus. Palaestini in patriam rediisse contendunt, ubi etiam S. Hieronymi aetate viri sancti monumentum visebatur. Nostra etiam aetate Turcae vicum Get. Opher tenentes, mansuetaum Jonae cum edicula subterraneà intra Moschaeam tantà religione venerantur, ut ne ingredi quidem calcatis pedibus permittant.

Pseudo-Epiphanius, & Pseudo-Dorotheus narrant, Jonam in Judaeam regressum, cum obiectam à gentilibus suis oraculorum in Ninivem fallaciam exprobrantium dedecus ferre non posset, relicta patrià, Sur, facile Tyrum Phoenicis, unà cum matre sua confugisse; ubi vitam cur-